



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Adhuc de eodem exemplo Christi, quo perfectione[m] fraternæ charitatis
docuit. Cap. xxxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

eum reddat nobis propitium atque placatum. Iam quodammodo natura scilicet conditione, non est idem qui antea: antea mortalis; nunc immortalis: antea passibilis, nunc impassibilis: iam corruptibile suum induit incorruptionem; & mortale suum induit immortalitatem: iam impletus est sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria.] Sed amore & dilectione, idem est, qui antea; nimirum amator fidelissimus ac feruentissimus, qui degens in caelo, & sedens ad dexteram Patris, nos tenerrimè amat, nos benignissimè respicit, nos fidelissimè gubernat, & nobiscum etiam mirabiliter commoratur: Nam ecce ego vobiscum sum (inquit) vsque ad consummationem saeculi.] Tunc hanc Christi in amando perseverantiam imitabimur, cum qualibet oborta difficultate, aut fratum ingratitude, aut molestia aut iniuria nobis irrogata, minime ab operibus dilectionis & beneficentiae cessamus. Qui enim ab operibus charitatis, & à profectu proximorum abstinere, ob difficultatem exortam, aut contra spem, quam mente conceperunt, inuentam, similes sunt filiis Israel, qui cognita fortitudine habitatorum terrae sibi promissae, timuerunt eos aggredi, & possessionem sibi à Domino concessam expugnare: Sic isti pusillanimitate victi, & insperata difficultate prostrati, captum charitatis opus deserunt, & cum illo charitatis perfectionem, & praemium sibi destinatum relinquunt. Qui verò ob molestiam, aut iniuriam sibi illatam amoris iura praetereunt, & in se maleficos, & hostes & inimicos despiciunt, non longè distant ab Ethnicis, & publicanis; qui etiam sciunt, se diligentes diligere, & beneficentibus benefacere. Vnde Dominus ait: Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?] Ut ergo simus perfecti, vniuersos homines ad Christi imitationem perseveranter diligamus; ita ut nec nos recens nata difficultas exterreat, nec iniuria aut ingratitude eorum, quos dileximus, & quibus beneficimus, nos à dilectione diuellat. Licet enim ipsi, aut ingrati, aut iniuriosi existant in nos, semper causa amandi perseverat, nempe Christus Iesus, propter quem amorem nostrum tam amicis quam inimicis impendimus.

Dilectionis perseverantiam, ut omnino perfecta sit debet consequi, aut comitari mansuetudo, & lenitas. Qui enim mitis & patiens non est, ad sustinendas proximorum molestias, eis contristatus, ab amore desistet, & nequaquam perseverabit. Quare Christus perseverantiam in amando, mansuetudinem & lenitatem adiunxit, & nos leniter & mansuetè dilexit. Neque enim innumeris peccatis nostris irritatur, nec iniquitatibus prouocatur, nec iniuriis laessitur, nec mentium nostrarum incuriis, aut obliuionibus intepescit. Non reddit ardentissimus amator, malum pro malo; nec maledictum pro maledicto; sed potius è contrario semper benefacit.] Cum eius oblitus sumus, ipse recordatur nostri: Cum praecipua transgredimur, saepe non negat quod petimus, si nostrae emendationi non officiat.] Cum delinquimus, nostri miseretur, expectat, dissimulat, quaerit, inuitat, & ad poenitentiam vocat. Si verò inspirationibus & gratiae praesidio ad eum reuertamur, misericordia motus accurrit, cadit amanter super collum nostrum, & tenerrimè, osculatur nos. Quòd si verè, & ex animo dicimus cum filio prodigo: Pater peccani in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis;] tunc nobiscum, non tamquam cum mercenariis &

mancipiis ingratis, sed tamquam cum amantissimis filius se gerit. Iubet ille citò profere stolam primam certissimae spei vitae immortalis habendae, & induit nos vestimentis salutis & indumento iustitiae circumdat nos, reddit quasi sponsos decoratos corona, & quasi sponas ornatas monilibus suis.] Dat ille anulum in manibus nostris, scilicet imitationem sui, ut videntes alij opera nostra bona glorificent patrem nostrum, qui in calis est. Tribuit etiam calceamenta in pedes nostros, ut fortitudine calceati & sanctorum exemplis protecti ad tentationis lapidem non offendat. Hae omnia Saluatoris beneficia in seruos infideles, & homines ingratos & peccatores collata, manifestè eius amorem mansuetum ostendunt. Hae etiam ipsius mansuetudo homines inuitat, ut leniter & mansuetè proximis diligant, & ut respicientes seipsum, tamquam infirmos & imbecillos, aliis, tamquam infirmis & imbecillis compatiatur, & quod sibi volunt tribui, proximis quoque patienter impendant. Optimè enim dixit sanctus Ephraem, Ecclesiae Ediffenae decus: Qui in medicorum curantur officinis, non latantur malis alienis, neque spernit quisque proximum causa morbi; sed potius studet vniuersisque, morbo ac passione conceptoque à te dolore liberari; proximo autem manu pro possibilitate praebere ad facilius laborum dolores tolerandos. Oportet igitur & nos, alterutrum consolari ac admonere, potissimum verò tentationis tempore, ut sic verè ab amara seruitute peccati, ac tyrannide Diaboli, liberari queamus, & ignea eius tela extinguere, antequam nos ignis ille preoccupet inextinguibilis; tuncque plorantes ploremus in dolore cordis nostri, & non sit qui consoletur.] Ita ergo nos inuicem respiciamus, & iniurias sine amoris detrimento condonemus. Nā qui statim, atque laeduntur, non solum igne de caelo perit, sed indignationem animo & verbis spirant, audiunt à Domino: Nescitis cuius spiritus estis; filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.] Mēbra igitur eius non vindicta, sed patientia, & mansuetudine sibi, & emendationem, ac consolationem fratribus debet inquirere.

Adhuc de eodem exemplo Christi quo perfectionem fraternae charitatis docuit.

CAPVT XXXVII.

DUlcis est amoris memoria, quae non solum hominum corda potenter emollic, sed etiam bestiarum immanium peccata mitigat, & erga filios quos amat, ad quamdam benignitatem & indulgentiam inclinatur: recordatio amoris Christi erga nos, est sine vlla comparatione suauior, quae iustorum animos in spem bonorum supernorum erigit, & in intimo quodam calore purissimi ac plenè diuini amoris accendit. Quis enim videns seipsum à filio Dei & ab ipso principio, & fonte salutis amatum, despondeat animū, & aliquam salutis stillam sibi dandā esse non credat? Quae licet pusilla admodum esset, si cum aliorum gloria conferatur, ipsa tamen beare nos sufficit, & omnes capacitates nostrae replet implere. Et quis à Christo summo rege se dilectū esse considerans & suam vilitatem & indignitatem expendens, non amet illū benignum Patrem, & largissimum Dominum, à quo in artham aeterni praemij, lumen fidei, robur spei, charitatis ardorem, & aliorum innumerabilium bonorum copiam accipit? Christi potestas (ut est in Daniele) aeterna

Isa. 61.

Mat. 5.

Ephraem de abstinentendo & cupiditatibus.

Luc. 12.

Dan. 7.

est,

1. Cor. 15.

Mat. 27.

Mat. 5.

1. Petr. 3.

Luc. 15.

Coloss. 2.

Psal. 221.

Ioan. 15.

Philip. 2.

Ioan. 1.

Psal. 22.

2. Reg. 23.

Hebr. 2.

est, quæ non auferetur, & regnum eius, quod nõ cor-
rumperetur.] & hæc potestate defendit & tuetur suos,
ne malum seant, aut à diabolo decepti, & victi pro-
cumbant. Sapientia eius immensa est; Nam in ipso
sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei absco-
diti.] & hæc sapientia suos instruit, omne bonũ, ac
omnem virtutem docet, & ab omni itinere iniquita-
tis abducit. Diuitia eius sunt incomprehensibiles, de
quibus scriptum inuenio: Gloria & diuitia in domo
eius, quibus suos reficit, atq; sustentat, & ad ipsarum
eos participationem admittit. Quid igitur iucundius,
quid suauius, quàm ab eo amari, qui potens est, ab eo
diligi, qui sapiens est, ab eo honorari, & refici, qui di-
ues est? Adhuc ergo pergamus huius perfectissimi
amoris Christi erga nos proprietates inquirere, quæ
& mentem nostram oblectent, & ad perfectam chari-
tatis assequutionem inflament.

Diligite inuicem, inquit, sicut dilexi vos.] Et quo-
modò ipse dilexit nos? Certè fortissimus animarum
zelator dilexit nos violentè. Nam amor ille suus fecit,
vt exanaret semetipsum, & formã serui accipe-
ret, in similitudinem hominum factus, & habitu in-
uentus vt homo.] Hic amor Christi super nos pleni-
tudinem effudit, altitudinem adæquauit, & singula-
ritatè associat. Plenitudinem effudit, quia de pleni-
tudine eius omnes antiqui Patres, & vniuersi qui fu-
turi sunt & nos omnes accepimus gratiam pro gra-
tia.] De ipso, qui est petra sanctissima, & lapis angu-
laris iactus in fundamentis Sion, biberunt omnes il-
li Patres, quos ipse secundũ carmen est consequurus,
bibimus & nos, qui ipsum sequimur, & sitim extin-
guimus ex fluminibus gratia, quæ ex ventre eius
fluunt; bibent & omnes, qui vsque ad sæculi con-
summationem futuri sunt, & qui non biberint, ex-
coaridi & sine aqua gratia permanebunt.] Altitu-
dinem etiam amor adæquauit, quoniam amore ille,
qui Deus noster est, factus est frater noster, factus
est cibus noster, exinanitus est, quodammodò infra
nos aded, vt diceret: Ego autem sum vermis & non
homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.]
Ipse est ille mysticus Dauid, sedens in cathedra sa-
pientissimi, princeps inter tres,] quia homines &
angelos in infinitum sapientia superauit. Ipse ostin-
gentos, imò infernum vniuersum interfecit imperu
vno.] Quid imperu vno? Imò & lacryma vna, &
gemitu vno, vniuersa nostra peccata prostrauit. Et
tamen hanc fortitudinem abscondit, & in hominum
oculis exhaustit, cum in cruce factus est tamquam
tenuissimus ligni vermiculus. Et tandem amor singu-
laritatem associat. Quia enim pueri communica-
uerunt carni & sanguini, & ipse similiter participa-
uit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habe-
bat mortis imperium, id est, Diabolum, & liberaret
eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant
seruituti.] Habemus etiam in hoc, quod imitemur.
Nam & perfectus amor proximorũ ad amoris Christi
similitudinem efformatus, tam ardens, & vio-
lentus esse solet, vt iustos quodammodò exhauriat,
& à cura suæ dignitatis, & auctoritatis dimoueat. Qui
nec corporis salutem curant, nec commoditatè res-
piciunt, nec auctoritatè, & status dignitatè aduer-
tunt, modò à dæmonis potestate animas extra-
hant, & Christo suo factori restituant. An nõ Beatus
Pater noster Ignatius, perfectissimus amoris Christi
imitator, ob animarum amorem seipsum exhauriebat,
& quodammodò exinaniebat, cum venerabilis senex,
& Societatis Generalis Præpositus muliercu-
las à turpi quaestu abductas, per seipsum in domum
alicius honestæ feminæ deducebat, aut in cano-
bium ad id muneris destinatum, ouans & exultans

A occultabat? Hoc opus in tali viro, & alia similia à
sanctis, & viris perfectis non semel profecta, sa-
pientes huius sæculi irridebunt, & prudentes mun-
di sublannabunt, & frigidi, ac tepidi stulti, & insi-
pientia iudicabunt, quia nunquam vim perfectæ
charitatis experti sunt. Sed non est hoc mirum, quia
sicut Christus crucifixus, iudæis fuit scandalum, &
(gentibus stultitia) vocatis verò ad vitam, Dei vir-
tus, & Dei sapientia;] Ita membra Christi perfectæ,
ab his qui spiritum Christi non habent, insipientia
& stulta iudicantur; ab iis tamen, qui è vicino Chri-
stum sequuntur, sapientia & sanctitatis plena existi-
mantur. Videntque manifestè, quia quod stultum
est Dei, sapientius est hominibus; & quod infir-
mum est Dei, fortius est hominibus.] Quid mira-
mur, si perfecti viri pro fratrum amore seiplos ex-
hauriant, si patriam, & amicos, deferant, si mille in-
commoditatibus, si innumeris se laboribus subdant?
Certè Paulum imitantur, qui pro fratribus perich-
tabatur omni hora, & pro eorum salute vsque ad
mortem patiebatur. Quotidie morior (inquit) pro-
pter vestram gloriam, fratres, quam habeo in Chri-
sto Iesu Domino nostro.] Certè (quod multò maius
& felicius est) Christum sequuntur pro nobis vsque
ad præsepe deiectum, vsque ad signum peccatoris, &
vsque ad flagella, & vsque ad mortem humiliatum.

B Sed in hoc apparet admirabilis charitas Saluato-
ris erga nos, quod proprietates in ea primo aspectu
contrarias; in vnam naturam perfectæ dilectionis
coniunxit. Nam violentia dulcedinem nescit, suauita-
tem ignorat, & sepius modum præterit, & sapien-
tiam excludit. Amor Christi violentus hæc vio-
lentia aduersa (vt videtur) admittit, & simul cum illa
mirabiliter copulauit. Dilixit nos ille dulciter, sapien-
ter, fortiter. Dilixit nos dulciter, quia vilissimum sac-
cum carnis nostræ gestare nõ erubuit; & inter nos fa-
ctus magister, & medicus, & pædagogus toto vitæ
mortalis suæ tempore habitare non horruit. Verbum
enim caro factum est, & habitauit in nobis.] Ipse ma-
gister nollet est, qui ait: Ne vocemini magistri, quia
magister vester vnus est Christus.] Ipse medicus no-
ster est. Nam & alio loco de se dicit: Non necesse ha-
bent sani medico, sed qui malè habent: Non enim ve-
ni vocare iustos, sed peccatores.] Ipse pædagogus no-
ster est. Hoc enim nomine vocat eum Clemens Alexan-
drinus, & grauissimè huius muneris à Christo obiri
partes describit. Inter alia autem, sic ait: Pædagogus
autè noster, est Patri suo similis, cuius est filius, in què
nullum omnino cadit peccatum, estque nulli repre-
hensionis affinis, & animo imparibilis: Deus in figura
hominis, imparibilis, paternæ voluntati seruies, Deus
Verbũ, qui est in Patre, qui est à dextris Patris, & cũ
figura Deus est.] Quid autem eò amore dulcius, atq;
suauius, qui Deum ipsum ad humanam naturã assu-
mendam demisit, & ad hominem magisterium im-
pulsit, & ad munus medici, & pædologi suscipiendum
adegit? Dulcedo autem non decept Dominum, non
inescauit cor eius sanctissimum, quia si amauit nos
dulciter, etiam sapienter dilexit. In hoc verò sapientia
huius amoris elucet, quod naturam nostrã assumens,

C defectus eius tantè maiestati nõ congruos, huiusmodi
quam susceperit. Ideo peccatum cauit, qui peccatũ nõ
fecit, nec inuentus est dolus in ore eius;] & audet &
dicit: Quis ex vobis arguet me de peccato?] Peccati
fomitè non habuit, quia Spiritus sancti virtute con-
ceptus, & sine vlla carnis corruptione, aut immundi-
tia generatus, inclinationè ad opera carnis habere nõ
potuit. Ignorantiã non admittit; qui est lumè datũ ad
reuelationè genitum;] Nam populus, qui habitabat in
tenebris, vidit lucem magnã, habitantibus in regione

D

E

1. Cor. 1.

1. Cor. 25.

1. Cor. 15.

Ioan. 1.

Matth. 23.

Marc. 2.

Clem. li.

1. Pædag.

2.

1. Pet. 2.

Ioan. 8.

Luc. 2.

1. Jo. 9.



Apo. 6. vmbra mortis, lux orta est eis.] Diligit tandem fortiter, quia exiit vincens, vt vinceret,] & peccata nostra dilueret, & mortem, ac infernum prostraret. De hac amoris Christi mirabili conditione, ita loquitur Bernardus: Dilixit dulciter, sapienter, fortiter, Dulce nempe dixerim, quod carnem induit: cautum, quod culpam caruit: forte, quod mortem sustinuit. Nā quos sanē in carne visitauit, carnaliter tamen nequaquam amauit, sed in prudentia spiritus. Spiritus quippe ante faciem nostram Christus Dominus,] emulans nos Dei emulatione, non hominis, & certē saniori, quā primus Adā Euam suā. Itaq; quos in carne queſiuit, dilexit in spiritu, & redemit in virtute. Plenū profus omni suauitatis dulcedine, videre hominem hominis Conditorē. At dum naturam prudenter selegit à culpa, etiam potenter mortem protulit à natura. In carnis assumptione condescendit mihi, in culpę vitiatione consuluit sibi, in mortis susceptione satisfecit Patri, amicus dulcis, consiliarius prudēs, auditor fortis.] Sic à iustis ac perfectis viris fratres sunt diligendi. Diligunt dulciter, cum fratrum induuntur affectibus. Quando cum tristibus plorant, cum lætis collatantur, cum miseris patiuntur, cum laborantibus fatigantur, cum parulis paruuli, & cum maioribus maiores, & fortiores videntur. Hanc amoris dulcedinē præferbat Paulus, dicēs: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vtro?] Et rursus. Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis.] Vellem autē esse apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.] Diligunt sapienter, cum ita se vniuersis accommodant, vt tamen omnē culpam vitent, omnem quantum possunt, imperfectionem abiciant. Nā sub prætextu charitatis Prælatorū defectus, aut veros aut fictos audire, otiosis & ineptis verbis ora laxare, risui immoderato, & cachinnis insistere, & religiosam disciplinam abruptere, magna insipientia est, quam vera charitas, virtutum mater sanctissima, & spirituales vitæ perfectio damnat. & tamquā vitiorum multorum originem, & imperfectionum fontem condemnat. Diligunt tandem fortiter. Nam pro ædificatione eorum, quos amant, & pro bono exemplo in congregatione præstando, rebus etiam valde necessariis carebunt, & multa incommoda sustinebunt. Memores erunt Pauli dicentis: Si eadā scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.] Quæ sententiā docti, & animati, si opus fuerit penuriam, & indigentiam admittent, & laboribus non immoderatis se subdēt. ne parulis offensionem aliquam præbeant, & illi occasionem querimoniarum, aut detractionis accipiant.

Sapientia verò amoris Christi, vt eius maiorem adhuc rationem habeamus, in ordine maximē, & præcipuē respicendat. Nam ipse ordinatē dilexit nos. Omnes quidē, & Angelos & homines ipse diligit, & nullum quantumuis barbarum, & inimicum à beneficio suæ dilectionis excludit. Quapropter suam dilectionem commendans, ita loquitur: Maiorem charitatem nemo habet, quā vt animā suam ponat quis pro amicis suis.] Nominē amicorū omnes homines comprehendens, quos ipse, quod ad se pertinet, amicos habet, & pro amicis reputat, & paratus est in amicos admittere, licet ipsi erga illum sint infestissimi inimici. At licet omnes diligit, & naturam à se creatam non abhorreat, tamen non equaliter omnes diligit, neque in æquali gradu sibi vniuersos adiungit. Peccata quidem omnium hominum odio habet, & secundum maiorem, aut minorem eorum malitiam, ac fœderatem, aut patientiū, aut vehementiū detestatur: peccatores verò, & iniquos, non quā pecca-

Atores, sed quā homines, diligit, & à peccatis abducere, ab iniquitatibus auocare, & à dæmonis captiuitate liberare contendit. Et quemadmodum magister discipuli ignorantiam odit, & naturam ignorantia subiectam diligit, quā à tenebris, & cæcitate liberare conatur: Ita Dominus odio habet prauos & distortos mores facturæ suæ, at naturam ipsam prauis moribus ac iniquitate fœderatam, & diligit & ab omni iniquitate gestit eripere. Venit enim filius hominis, non homines perdere, sed querere, & saluum facere quod perierat.] Iustus autem magis, aut minus diligit, prout eorum maior aut minor sanctitas, ac iustitia requirit. Nam sicut prudens pater familias, omnes suæ domus, ac familiæ diligit: magis tamen eos, quos diligentissimos ac fidelissimos esse cognouit; & adhuc vehementiū filios, quā vernas, & inter filios eos maiori, ac dulciori amore prosequitur, quos sibi simillimos, & obsequentissimos respicit: ita Saluator noster Ecclesię spūs, & omnium fidelium prouidus Pater, & Dominus, licet omnes diligit, non tamen omnes æquali amore dignatur. Habet ille in domo sua seruos, & mercenarios, habet discipulos & filios; habet & animas, quæ sponsæ nomine dignæ censentur. Vnde Bernardus: Si seruus est, timet à facie Domini; si mercenarius sperat de manu Domini; si discipulus, aurem parat magistro; si filius, honorat patrem: Quæ verò osculum postulat, amat.] Seruos igitur vt seruos diligit, qui timore ad feruendum incitantur; mercenarios, magis, id est, vt mercenarios, amat, qui spe præmiæ ad obsequendum mouentur; discipulos teneriū, nimirum vt discipulos, amore complectitur, quos ad parandas sapientiæ aures, & ad disciplinam sapientiæ percipiendam perfectionis desiderium allicit; filios vehementiū, nempe vt filios, quos ad querendam similitudinem Patris, concupiscentia puritatis instigat: sponsam autem adhuc impensius amat, quasi pupillam oculi sui, quam non vt vnā carnem, sed vt vnū spiritum per concordiam voluntatis sibi adherere cognoscit. Ita & iusti debent fratres deligere, vt ad perfectionem amoris ascendant. Diligant peccatores, non eorum peccatis consentiendo, sed eos ab omni labe, & ab omni iniquitate liberare nitendo. Quod quā ratione præstare debeant, Dorotheus hac optima similitudine declarat. Vulneratus quis pedem, vel manum vel quoduis aliud membrum, vt illud non abominatur, aut abscissam proicit, etsi pus feritissimum emiserit, sed potius abluat, purgat, medicinam adhibet, obſignat, consolidat, benedicit, & supplicat, adhibet preces, & orationes sanctorum, & quæcumque tandem facit, quæ ad valetudinem consequendam pertinet: ita & nos compatiatur fratribus nostris, & mutuo complexantes foueamus.] Sed multo magis diligendi sunt iusti, tamquam Christi amici, & commensales, horum autem illos maiori reuerentiā prosequamur, & maiori amore complectamur, quos excellentior sanctitatis virtus amplificat, & purior vita commendat. Equam est enim, vt quos Deus ipse sine vlla dubitatione magis amat, eius serui à Domini imitatione minimē recedēt, etiam magis diligant, & maiori amore, ac reuerentiā dignos existiment; sed exteriora amoris, & beneficentiæ signa, non tā interior affectus, quā exterior necessitas, & alia circumstantiæ, quæ à Theologis exquisitè tractantur, meriti debent.

Tandem dilexit nos Christus Verbum Patris sicut ipse à Patre dilectus est: Sicut dilexit me Pater (inquit) ita & ego dilexi vos. O hominis dignitas ineffabilis, o creaturæ rationalis decus admirabile! Sicut Pater amat Filium vniuersum, & sibi consubstantialem, ita à Filio, vniuersa creatura

Luc. 19.

Ber. ser. 7. in cōt.

Dorothe. doctr. 7.

Ioa. 15.

amata

amata est, ita vt audiat: Sicut dicit me Pater, ita & ego diligo te. Sed quomodo. Pater hominem Christum dilexit. Certè ita amauit eum, vt nullis precedentibus meritis eius humanam naturam Verbo copularit, & ad incomprehensibilia bona præelegerit, & dederit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genu flectatur. Amavit eum ita vt virtutibus & gratia super omnem gratiam exornaret, vt donis, & potentia super omnem potentiam cumularit, vt ad infinitam gloriam super omnem gloriam eueherit. Tandem dilexit eum, vt filium naturalem, & ex se genitum, cum omnia creata, tam visibilia, quam inuisibilia subiecit. Sic & Christus dilexit nos; nam sine vllis meritis nostris nos sibi per gratiam copularit, vt ipse esset caput, nos autem membra; ipse vitis, nos palmites; ipse radix, nos rami; & ad suæ gloriæ confortium elegit. Ille sine meritis nostris gratiam animabus nostris donat, & ornamenta virtutum infundit. Dat quidem ipse nobis, vt calcemus super serpentes & scorpiones, dum vitia nostra proterimus, vt demonia eiciamus, dum eorum importabile iugum abiciamus, vt linguis nouis loquamur, dum veterem vitam peccatis deditam, in nouam, virtutibus feruientem commutamus, vt serpentes tollamus, dum victoriam monstramus, vt cordibus aliorum propellimus, vt manibus super ægros impotens salutem illis afferamus; dum verbis & doctrina eius per nos, prædicata è pelago vitiorum emergunt, & in luce diuinæ gratiæ respirant. Denique, si fide vna credamus in eum, dat nobis, vt opera, quæ ipse fecit, & nos faciamus; & disposuit nobis, sicut disposuit illi pater suus, regnum, vt edamus, & bibamus super mesam suam in regno suo. Hæc igitur sit postrema sancti amoris regula, ac purissima dilectionis summa perfectio, vt fratres diligamus, sicut à Christo saluatores diligimur. Eritam ad eum gradum charitatis prouehi, vt verè quisque possit, suis fratribus dicere: Sicut dilexit me Christus, ita & ego dilexi vos. Vide, ô religiose, quemadmodum amaris à Christo, quanta mala tibi condonauit, quantas imperfectiones dissimulauit, quanta & quam incomprehensibilia bona tibi præparauit: quam misericorditer errantem quaesiuit, fugientem vocauit, insistentem adduxit, venientem suscepit, susceptum mundauit, mundatum ditauit, ditatum illuminauit, illuminatum accendit, accensum in se transformauit, & ad incomparabilem dignitatem extulit. Ita & tu, si aliqua perfectionis desideria sentis, si aliquos haustus puritatis accipis, si aliquem vitæ cælestis desiderium experis, dilige fratres tuos, vt Christum perfectionis exemplar non solis desideris teneas, sed perfectionis operibus imiteris. Indue viscera misericordiæ, circunda tibi benignitatis spiritum, & tuam imbecillitatem aduertens, fac altis, quod tibi lapsu, aut tentato, aut tristitia affecto, fieri concupisceres. Fratrum iniurias tibi illatas, obliuiscere; contumelias dissimula, & non dico inimicitiam (domum enim religiosam profanat, qui in ea inimicitiam & discordiam nominat) sed animi auersiones deponere. Corrige exemplis errantes, inuita beneficiis fugientes, anima lætitia vultus nutantes, venientes suscipe, verbis mone, exemplis allice, doctrina illumina, & operibus beneficiæ te omnium amicam declara, te in visceribus Christi omnes amare ostende. Hæc est perfectio fraternæ charitatis. Christum imitari, Christum sequi, & proximos amare, sicut nos ipsos, quod tunc omnino, & vt decet perfectissimè implemus, cum diligimus ipsos, sicut Christus dilexit nos.

Duodecim documenta ad consequendam perfectionem charitatis erga Deum.

CAPVT XXXVIII. **M**nia, quæ deinceps in his libris dicimus, ad consequendam charitatem Dei, & proximi referenda sunt, & ad obtinendum vitæ Christianæ finem, qui profectio (vt diximus) ab hac gemina charitate nequaquam fecernitur, sunt penitus reuocanda. Sed ne tam longa, & prolixa tractatio legentium animos suspensos teneat, & expectatio molesta tædio dilationis afficiat, opere pretium duximus sub breui cõpendio aliquas regulas prælibare, quæ ad assequendam perfectionem in gemina charitate constitutam magnam legentibus vtilitatem afferant. Licet enim perfectio, aut perfecta Dei, & proximi charitas, non humana solum industria, sed diuina gratia conquiratur, quæ diffusa est in cordibus nostris, non per humanas vires, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, tamen corda otiosa, & torpentia non sustinet, nec humani cordis humilem conatum excludit. Quinimò isto conatu diuini auxiliij viribus nixo, homo Dei gratiæ cooperatur, & eius efficaciam non resistit, ad altiora, & supernaturalia dona recipienda se præparat. Subiciam ergo nonnulla documenta atque efficaciam subsidia obtinendæ perfectionis, & perueniendi ad perfectam Dei, & proximi charitatem, quibus mens hominis idonea constituitur, vt eam à patre luminum, ac omnium factore Deo, liberaliter & dono datam accipiat. Ab his autem documentis, quæ ad perfectam charitatem erga Deum consequendam non parum conferunt, incipiamus.

Tu igitur, ô religiose, qui sæculum reliquisti, & omnia mundana conculcasti, vt tuæ animæ salutem confuleres, & vitæ spiritualis perfectionem obtineres, primum omnium insipientium opiniones, & tepidum murmuraciones contemne. Ne contemnas illos, sed eorum dicta, eorum sensus, & definitiones pro nihilo habe. Quomodo de similibus dixit Dominus: Cæci sunt, & duces cæcorum. & sicut ipsi in vita sua nihil perfectum, nihil sublime sapiunt; ita sæpè in fratrum suorum conuersatione, feruorem dampnant, disciplinæ rigorem obnubilant, & quidquid limites ordinariæ vitæ, & terminos societatis, & tepiditatis excedit, singularitatem vocat, & indiscretionis, atque imprudentiæ condemnant. Tu ne sequaris doctrinam eorum, ne vitam ignauam, & vilem imiteris, neque illorum, quas fundunt, detractionum, vllam rationem habearis, sed regulam exquirere custodis, quidquid ipsa præcipit, aut consulit, vt iacet, ad litteram intellectum, non singularitatem, sed sanctitatem iudica; viros sanctos, atque perfectos imitare, & vitæ ipsorum arctæ quidem, & putæ quoad poteris, tuam vitam accommoda. Si enim tepidorum, & imperfectorum, qui vbi que sunt; detractiones timueris, irrisiones reputaueris, & eorum conuersationem sectatus fueris, nunquam poteris, aut sanctorum vitam imitari, aut ad perfectionem peruenire. In hunc namque locum optime illud Ioannis Cassiani quadrat: Quam obrem si Evangelicò præcepto volumus obedire, & Apostoli, ac totius illius Ecclesiæ primitiua, seu Patrum, qui virtutibus, ac perfectioni eorum nostris temporibus successerunt, imitatores existere, nõ nostris definitionibus acquiescamus, de hoc tepido, ac miserabili statu, perfectionem nobis Euangelicam pollicentes, sed illorum sectantes vestigia, circumuenire nosmet ipsos minime studeamus. Aduersam itaque te obmurmurent imperfecti, tuæ diligentiam in Dei obsequiũ impense detrahant, dicant, quod primum in bacam veniit; asferment, quod sibi libuerit, te aut singularem, aut superbam, aut à demone illum appellent; tu verò regulam tene, disciplinam quam diligentissimè

Philipp. 4.

Mar. 16.

Ioan. 14.

1 Cor. 13.

Luc. 22.

Rem. 5.

1.

Matth.

Cassia. li. 7. de spir. u. v. lib. c. 18.

